Sapien tots que dimecres xviii dies de març anno domini millesimo trecentesimo duodecimo En presencia del notari e dels testimonis dejus scrits denant en Ferrer des Corteyl batle del senyor Rey sancho en partida del Regne de Valencia Compares Bernat de [illegible]

procurador del Concell de Murcia et presenta una letra oberta e segellada al dors ab lo segell del dit senyor Rey la tenor de la qual es aytal. Nos Jacobus dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone ac sancte Romane ecclesie vexillarius amiratus et

capitaneus generalis Attendentes nos assignasse probis hominibus Concilio ac universitati Civitatis Murcie quantitatem pecunie infrascriptam cum Carta nostra directa Luppo de Sos portario nostro tenoris qui sequitur Jacobus dei gratia Rex Aragonum etc. fideli portario suo Luppo de Sos Salutem et [illegible]

probis hominibus Concilii ac universitati civitatis Murcie debeantur per curiam nostram racione mutui quod nobis fecerunt decem milia solidorum barchinonensium cum carta nostra data Cesarauguste xvii kalendas Marcii anno domini millesimo trecentesimo septimo Et decem et sex milia solidorum quos mandavissemus eis solui per fidelem thesaurarium

nostrum Petrum Marci [illegible] thesaurario mandavisset cum littera sua dictis probis hominibus ipsam quantitatem solui per Bernardum de Timbrero [illegible] montatico Regni Valencie et generalis de montatico [illegible] ut per dictas litteras nostras et dicti thesaurarii evidenter apperet Et de dicta [illegible]

eis nil fuit exsolutum ut constat per hostensionem ipsius carte et literarum predictarum quas inde habuit a nobis et a dicto thesaurario nostro ac per certificacionem magistri racionalis curie nostre. Dicimus et mandamus vobis quatenus de denariis [illegible] quos in primo [illegible] pro nobis ultra [illegible]

in Regno Valencie collecturi estis [illegible] solvatis dictis probis hominibus Murcie et Bernardo de Borges eorum procuratori loco sui Quatuor mille solidos barchinonensium in solutum usque ad concurrentem quantitatem debiti supradicti quibus sibi solvitis solucionem eandem scribi et notari

faciatis per publicam manum in dorso carte debiti predicti ac inde recipiatis apocham de soluto in qua de presenti eadem specialis mencio habeatur. In predictis autem assignacionem Berengarii de Fenestris et sociorum suorum volumus esse salvam. Data Valencie ydus Aprilis anno

domini millesimo trecentesimo undecimo. De quibus quidem quatuor milibus solidorum barchinonensium nichil per dictum Luppum de Sos dicto Concilio Murcie vel procuratori eorum fuit solutum de [illegible] ut constat nobis per assignacionem dicti portarii et resignacionem carte nostre predicte

sibi Luppo directe que nunc fuit in nostra Cancellaria restituta et pro cautela [illegible] lacerata. Ideo nos ad supplicacionem nobis factam per Bernardum de Borges procuratorem dicti Concilii nomine ipsius assignamus dicto Concilio Murcie et Bernardo de Borges procuratori eorum

predicto nomine ipsius Concilii Quinque mille solidos barchinonensium restantes eis ad solvendum de quantitate decem et sex milium solidorum barchinonensium super montatico quod nos primo habere contingat in universis et singulis locis quibus habemus ultra [illegible] cum de ipsa

quantitate per aliam litteram nostram directam Ferrario de Cortilio baiulo in parte Regni Valencie generali eis solui mandavimus Mille solidos dicte monete de redditibus et exitibus baiulie ipsius Que littera data fuit [illegible] xviii kalendas Madii anno domini millesimo trecentesimo xii

Qua propter mandamus per presentes dicto baiulo et aliis quibuscumque collectoribus montatici locorum predictorum qui pro nobis fuerint quod de ipso montatico solvant dictis probis hominibus Murcie et Bernardo de Borges eorum procuratori [illegible] dictos Quinque milia solidorum barchinonensium Salva

tamen assignacione Berengarii de Fenestris et sociorum eius. Et facta solucione recuperet a dictis probis hominibus vel eorum procuratori cartam debiti decem et vi milium solidorum et cartam dicti thesaurarii nostri quas inde habent et presentem cum apocha de soluto Data Valencie

xvii kalendas Madii anno domini millesimo trecentesimo duodecimo. Et lesta denant ell aquella requeri al dit batle en nom del dit Concell que ell complis lo manament del senyor Rey en aquella contengut en manera que ell hagues satisfacio e paga de la sobredita quantia. Com sia

certa cosa e notoria que lo dit monedatge [illegible] a la major partida. Jassia que ia molts vegades ell li aia feita la dita requisicio e mostrada la dita letra del senyor Rey [illegible] al dit batle la dita letra e el manament del senyor Rey ell no complia en

manera quel dit Bernat no pogues aver dell complida paga e satisfacio de la sobredita quantitat dix en nom del dit Concell que sen [illegible] clamant dell e ab fadiga. Et protesta que sen iria al senyor Rey clamar e mostrar la ço que ell no per [illegible] pagar. Et al Concell

dalli avant que sen tornaria per quantes parts poria de cobrar e haver lo dit deute dell [illegible] ensems ab dans costes messions e interesses que per la dita raho a sostengut. Et requeri an Pere Julian notari public de Elx que de les dites coses li fees carta en

publica forma ab dia e any e testimonis a conservacio del dret del dit Concell de Murcia de qui ell es procurador. Et el dit en Ferrer des Corteyl respos e dix que salva honor sua lo dit en Bernat no podia dir que ell sen vaie ab fadiga per ço car lo dit batle

no lia pagat lo dit deute contengut en la dita carta per ço com la assignacio que fo feta sobrel dit monedatge no hes estat pagada per ço car la collita del dit monedatge es estada feita ben ha de dos anys abans que no devia et les gents atorgaren aquell [illegible]

abans del dit temps per tal condicio que sen pagas lo deute que's creegut ab cartes del senyor Rey per [illegible] les azembles del viatge dalmeria Et axi lo dit batle no podia ne por mudar la dita condicio. Encara molts assignacions que son feites

sobrel dit monedatge abans que aquella del Concell de Murcia les quals segons ordenament de la Cort se deuen pagar primeres. Et axi com lo dit batle haie pagades partida de les dites azembles e altres assignacions abans feites no ha pogut pagar lo deute

del dit Concell mas es aparellat de fer sobre aço tot ço quel senyor Rey ne man.

Testimonis son daquesta cosa en Guillem Guillen Bartholomeu Ramon Pere de [illegible] et Thomas Redon vehins Delx.

Sig+num Pere Julian notari public de Elx qui les dites coses present fui e a la requisicio del dit en Bernat [illegible] esta carta [illegible]

Loc dia e any dessus dits.